



Nobilissime vir.

Misit ad me paucos ante dies Præstantissimus Vir Henricus Bruno Poëmata tua, quæ Desultoria Momenta vocari placuit, maiore modestiâ, quam quâ illi solent, qui amore suorum operum duelli speciosas inscriptiones in gloris saepe laboribus affingunt. Quod quamquam poetarum- versibus, quos divini spiritus furor ad æternitatem ducit, affirmari non possit ita modus in eiusmodi rebus habendus est, ne quis deprimerendo mentis suæ artificium nature beneficia obscures, et ne efforendo invidiam apud æmulos mereatur. Nisi forte placeat, omne humanum, quod vetus sapientia aut risit, aut comploravit, desultorium vocare, et per momentum evertere diuturnitatem- argumenti, quod in rebus mortalium brevit plerumque et simul fabulosum est. Ut ut sit quia ita inscribi placuit donum illud metricum, quod omnem humani operis aut actionis speciem includere mihi videtur, gratâ mente accipio, facturum simile officij genus si forte mea ætas iam vergens et morbida aliquid in publicum extruserit. Nequeo cœnim id polliceri quod amici velint, et ipse quoque malim in hoc genere scribendi, cum propter senescientia studia, quæ nobis aut recitanda in publico, aut enarranda ex vero per formam annalium sunt, tum quod ingenij vestigi ad posticæ nativæ vigor aliquis ex conversatione eminentis fortune accedat. Certo principali fastigium, quod in Augusto ad perfectam magnitudinem, et splendorem evectum fuit aliquid

no 1586 f. 11. Nov. 1644.

Leif. Tschirn's Gal. f. 2254, 22
Levicon

Peter Bonamius pro Professor of History & Languages at Utrecht;
 and Historiographer to the State of Holland. He
 wrote a History of Holland: - a life of Amie Maurice, &c.

B. P. L. 1961
Hinselmus P. 1961

etiam fulgoris attulit eorum ingenij, qui rectorem subinde
generis Summi soluta aut ligata eloquentia salutabant.
Adeo ut non tam admirationem venerationemq; sola dominantij
maiestas inueniret, sed etiam felicitas illorum qui in aula
et simul eloquentia exercebant. Ut recte factum mihi
videatur, quod inter occupationes aulae ac consilia prementibus
vestigia Principum saepe periculosa, eripi tibi siueris
insigne hoc ingenij monumentum, ut expeiretur saeculum
nostrum, esse, qui arduis negotijs praecleara Otia singularij
solertia interiungant. Quod quia paucis concessum est, et
tota liberatis otij largitate fruuntur, tanto maior
applausus illis conferendus est, qui in aula sedentes, in
cassinis cincti et stantes, procidunt aliqua vltima
posteritate dignissimum. Quae quoq; ipsa nostri temporis
curiosa indagatrix felicitatem nostram mirabitur, ac te
nobilitatis tuae dignitatisq; splendorem vinctibus chartis
et egregijs Otij momentisq; auxisse. Bene Vale ex
arce Siardala, in qua bissems fere annis Historiam
Philippicam, quae iam sub prelo est, elaboram. Feid. Id. Jul.
1644.

1644.

Dignitate famaeq; tuae
cultor et admirator

Pierius Winsemius